Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Omnia spiritui peruia

urn:nbn:de:bsz:31-101049

Visual Library

ANima (licet corporis ergaſtulis incluſa, licet vario tempeſtatum æſtu, in hoc mundi euripo, indies circumacta) nunquam tanto mortalitatis corpore obruitur, quin in eam irrepat nonnunquam, imò irrumpat æternæ fœlicitatis aliquis radius. Anima ſanè Dei imagine inſignita, ſimilitudo quædam eſt, & imago æternitatis, ſempiterna quippe illa, & nunquam deſitura cæli gaudia etiam in fragili hoc corpuſculo prælibare nos poſſe, imò & debere, clara divini verbi elogia evincunt. Quicunque enim æternæ fœlicitatis præmia deſiderat, huic primus ejus gradus etiam hîc calcandus eſt; eque peccati ſordibus ad animi puritatē, vitæ renovationem, reconciliationem cum Deo, ac conſcientiæ pacem etiam in hac vita tranſeundum eſt. Quicunque enim habet partem (ut Iohan. Apoc. 20 4.) in reſurrectione primâ, in hoc ſecunda mors non habet poteſtatē. Hoc ipſo die inquit Chriſtus ad Sachæum, ſalus huic domui contigit. Fœlicem te Sachæe! cui Salvator præſens præſenti veridico ore ſalutem aſſeruit. Fœlices omnes! quorum ſpiritibus Spiritus Chriſti idem dictat.

DE ziele, al-hoe-wel inden kercker deſes lichaems beſloten, alhoewel door menichvuldigē bekommeringe, inden drayſtroom deſes werelts, daghelijcx herwaerts en derwaerts ghedreven, wert evenwel niet belet, nu en dan, in ſich te gevoelen als een ſtaelken vande eeuwighe gheluckſalicheydt. Een ghemoedt verheerlijckt met den beelde Godes, is als een af-beeldt ende ghelijckeniſſe van der eeuwigheydt.

De begintſelen vande eeuwighe welſtant, oock in deſen brooſen lichame, ghevoelt te moghen, ja tē moeten werden, werdt ons in den woorde Godes ghenoechſaem aenghewe-ſen: een yeghelijck die de ſelve hier namaels wenſcht te moghen ſmaecken, moet van den eerſten trap betreden, ſelfs hier in deſen leven, ryſende uyt de verdorventheydt der ſonde, tot de vernieuwinghe des levens in ware heylicheydt ende gherechticheydt, verſoeninghe met God, door Ieſum Chriſtum, en vrede met ſyne ghewiſſe.

Die deel heeft (ſeydt Iohannes Apoc. 20. 6.) in de eerſte opſtandinghe, in deſen heeft de tweede doodt gheen macht.

Heden (ſeydt Chriſtus tot Sachæum) is ſaligheydt gheworden deſen huyſe. Gheluckighe Sachæ! aen wien de mondt der waerheydt, ſelfs met den monde, ſalicheydt heeft verkondight: gheluckich zijnſe, die nu door Chriſti Gheeſt deſe ghetuygheniſſe aen haren gheeſt zijn ghevoelende.

TERTVLIAN. AD MARTYR.

ETſi corpus includitur, etſi caro detinetur in carcere, omnia ſpiritui patēt. Vagare ſpiritu, ſpaciare ſpiritu, non ſtadia opaca, non porticus longas proponas tibi, ſed illam viam quæ ad Deum ducit, Quoties eam deambulaveris toties in carcere non eris. Nihil crus ſentit in nervo, quum animus in cælo eſt. Totum hominem animus circumfert, &, quo vult, transfert.